



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

48 Carnaliter se cognoscentes post datam supplicationis, & ante  
dispensationis executionem incestum committunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

validatio cum litteris, perinde valere, & hæc in praxi sunt satis nota non solum in Urbe, sed ubique in foro Episcopali, & quod super proximiori gradu inæquali expedirentur litteræ declaratoriae attestatur Philip Prob. in rub. de cognat. spiritu. in 6. quem citat. Covar. d. n. 12. in fin.

**45** An autem, qui t propter impedimentum matrimonium sine dispensatione Apostolica contrahere non possunt, si post expeditionem, & datam supplicationis se carnaliter cognoscant, valeat dispensatio, & respondent aliqui, quod sic quia nonandum confessis litteris, valet dispensatio sola supplicatione expedita, & a tempore datae, & expeditæ supplicationis incipit currere gratia, per ext. in cap. si eo tempore, & ibi glossa in ver. cum tempore, de rescript. c. eum cui. de proben. ubique in 6. & c. eam se, cum gloss. in verb. data. ext. de rescript. & valet gratia, nullo superveniente novo impedimento, sed licet gratia incipiat currere, ac valeat a data supplicationis, quæ probet, & perficiat gratiam: Cassad. de pens. decis. 2. num. 10. tamen supplicatio est gratia informis ante confectionem litterarum, quæ non tribuit titulum perfectum. Rota. decis. 20. n. 5. de concess. prab. in nov. Ideo capientes possessionem beneficiorum vigore supplicationum, seu illorum transumptorum, & non vigore litterarum, fructus, quos ex illis pro tempore percipiunt, non faciunt suos, quin immò ad beneficia in eisdem transumptis, seu supplicationibus expressi, perpetuò efficiuntur ipso facto inhabiles, & ad restitutionem fructuum ex illis perceptorum; in utroque foro tenentur, ut in constit. Paul. III. in Bull. Rom. cap. 5. vers. nec non, & Papa non dispensat, sed litterarum vi-

gore mandat Episcopo, seu vicario, illius conscientiam onerando, quod de supplicationis se diligenter informet, &c, si per informationem eandem repererit, quod preces veritati nitantur, super quo suam conscientiam onerat, tunc cum supplicantibus servata forma concilii Tridentini, quod impedimento non obstante matrimonium contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo post modum remanere licite valeant, ipsius Papæ auctoritate dispensat, t unde est mandatum de dispensando, quod non habet vitm dispensationis. Rot. decis. 2. de fil. presb. num. 10. in nov. & ideo per carnis copulam post datam supplicationis, t & ante dispensationis executionem incestum committunt, cap. lex illa. vers. incestus, 36. q. 1. & Diaz. præf. crimin. cap. 78. in princip. Et cum in præsentatione litterarum pro dispensatione illarum vigore ab Ordinario obtinenda, res non sit integra, & dubitet, an Episcopus possit dispensare cum incestuoso, licet possit, ut per Io. And. in c. at. si clerici; §. de adulterio, quem lequuntur Abb. antea num. 11. & Felin. num. 7. de jud. tamen vigore dispensationis ab impedimento in dispensatione expresso tantum dispensat, non autem super non expressis, t & super incestu absolvunt Episcopi etiam ex dispositione facr. concil. Trid. ut cap. 6. de reform. siff. 2. 4. sed non ad effectum validitatis dispensationis super non expressis.

Proprieta regulariter t requiritur revalidatio per novam expeditionem, perinde valere, sum narrativa, quod oratores, vesana libidine victi, antequam litteræ dispensationis Ordinario præsentarentur, le carnaliter cognoverunt, & dantur litteræ, perib-

